

omnium. eratque laus et memoria fuldensium monachorum apud imperatores reges et principes in magno pretio. non solum propter sanctitatem vite. sed etiam propter incomparabilem scientiam scripturarum quia fuldenses monachi eo tempore pœteris multis dicebantur eruditi. Unde multi ex eis in diversis ecclesijs ad apicem pontificatus fuerunt assumpti. Ad hunc igitur rhabanum abbatem fuldensem Erlassidus habito suorum consilio legatos misit. mandatus Otgarij maguntinensis eo tempore Archiepi adiuuctis. postulans sibi concedi quinden monachos et abbatem. monasterio suo quod edificauerat in se rendo. promissitque se facturum omnia quecumque illoz iudicio ad monastice institutionis utilitatem oportuna uiderentur. Erant eo tempore in cenobio fuldensi ducenti et septuaginta monachi uiri religiosi et pro magna parte in sacris scripturis doctissimi. Hos ergo rhabanus audito nuncio comitis conuocans in unum mandatum Otgarij archiepi ac preces Erlassidicorum eis exposuit. et quid sentirent ipsi in hoc negotio secundum regulam sanctissimi patris nostri benedicti requisuit. Qui unanimes assensu conducerunt tam sanctum comitis desiderium non esse spernendum. quod et placitum nullus ambigeret omnipotenti deo. et in salutem multorum speraret esse futurum. Elegerunt ergo ad hanc prouinciam subeundam. xv. fratres quibus prececerunt abbatem Luitbertum uenerabilem senem qui fuerat frater bunonis abbatis hirsfeldensis. uir nobilis seculum sed multo nobilior secundum deum. Anno igitur dñi. Octingentesimo. xxxviij. Inditione prima. abbas Luitbertus cum xv. monachis uenit in hirsaugiam missus per Rhabanum fuldensem abbatem. Comes uero deuotissimus Erlassidus ipm abbatem et monachos sibi destinatos cum ingenti exultatione suscipiens ad nouum monasterium letabundus introduxit. eisque de uite necessarijs copiose prouidit. et omnia que in mente disposuerat cum eorum consilio deinceps pertractabat. Eo tempore corpus sancti Aurelij adhuc seruabatur in

Erlassidus nuncios mittit ad fuldam.

Monachi fuldenses. 200.

Consultatio monachorum fuldensium.

Luitber. abbas xv. monachos mittit.

Frater uenit in hirsaugiam. Anno. 8038.

Corpus. Aur.